



F.2. Gugden de eden. Vit. 1110.


+ Prelide Andrea senuccio. Verleb. 1682.

\* Leibl. Jos. Christof Galli Hung.

7. F. M. sebast. kirchmajeri de Flamante curru Elia

ex 2. Reg. II. Vitreb. 1687.

+ Peister war so Christof Wickmannshausen.



ab 931. ab facio. Vols. 37.

einzelz verzettelt 17. III. 1915.

+ ex Ps. LXXXIII. 25.26  
Ex Ps. XCIX. 6.

\* ex Ecclesiast. XII. 1—7.  
Vitreb. 1682.

43 55) 47.  
DISSERTATIO HISTORICO-PHILOLOGICA

Prior

DE  
SVBLESTA  
TOM

גַּמְלִדָּה

Per

PYGMAEOS

INTERPRETATIONE

ductu Ezech. XXVII. II

AVSPICIO RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI  
SERENISSIMI PRINCIPIS REGI  
FRIDERICI AVGUSTI

PRAESIDE

M. GEORG. ALB. ANTHINGIO

Meininga-Hennebergico

Pridie Kalend. Iunii

A. R. S.

ccc x

In Auditorio Philosophico

Publice defendet

M. Io. GODOFREDVS FISCHERV,

Raedicens. Saxo

VITIEMBERGAE

Typis MARTINI SCHVLZII Acad. Typogr.

DSECRETARIO HISTORICO  
VIRIS  
MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS  
atque EXCELLENTISSIMIS,  
**DN. IO. HENRICO  
BERGERO,**

ICTO famigeratissimo, Potentissimi Po-  
loniarum Regis et Electoris Saxonie in summo Prouocationum  
Senatu Confiliario, atque Ordinario in Aca-  
demia Vitemberg. longe Celeberrimo,

**DN. IO. GOTHO-  
FREDO BERGERO,**

Medicinae Doctori Experientissimo,  
Potentissimi pariter Poloniarum Regis et Ele&toris Sa-  
xon. Archiatro felicissimo, Colleg. Medic. Prof.

Publ. Primario et Seniori Gra-  
uissimo,  
**DN. IO. GVILELMO  
BERGERO,**

Eloquentiae & humanitatis Professori  
Publ. celebratissimo, nec non Alumnorum Electoral.  
Ephoro Spectatisimo,  
**DOMINIS, PATRONIS & EVERGE-  
TIS suis omni honoris cultu  
aetatem prosequendis.**



## PROOEMIVM.

**U**T numquam defuerunt, qui Gigantes, homines illos inustata corporis mole & proceritate formidabiles, non ex sacro solum scripturae codice, sed ex ipsa etiam rerum natura eliminare prorsus atque relegare, temerario plane ausu annis sunt, serio adfirmantes, met aphorice omnia, & mythologice, quae Scriptores tum sacri, tum profani, de illis umquam retulerunt, accipienda esse: \*) ita non paucireperiuntur, qui e contrario pari sane, nisi forte majori, andacia & temeritate nouam hominum gentem effabricare, & integras Pygmaeorum dari nationes atvis persuadere, quid? quod huicmodi homunciones in ipsam Scripturam sacram intrudere, veritate haud fuerint. Quam falsa uero, quamue incepta & quam ridicula utraque sit haec sententia, uideat quidem oportet, qui uel uno, quod ajunt, oculo, eas inspexerit. Ut uero istarum quoque patroni, quam absurdum sit, negare solem, & quam absurdum, caccam sibi de re opinionem fingere, cognoscant, operae omnino pretium eos facere arbitramur, qui has eorum sententias paullo curatius examinare, monstraque haec opinionum solide profigare, instituant. Atque sic ista de negatis Gigantibus cum amulis aliis, tum etiam in citata iamdum de Chebrone Gigantum domicilio Dissertatione sub examen ritore uocata, meritoque suo explosa & rejecta est. Nunc quoque in hanc de ficto Pygmaeorum popello inquirere libet, quam

A

in

\*) Conf. Dissertationem de Chebrone Gigantum Domicilio, proximis abhinc diebus sub Praefidio Excellentissimi Domini WICHMANSHAUSENII, Patroni, Praeceptoris atque Iosipitis nostri perpetuo honoris & obseruantiae cultu sancte deuenerandi, a nobis habitam, ubi non tantum hic commemorata B. L. reperire, sed praecipuus etiam sententiae huius auctores familiares sibi reddere poterit,

in ep̄ ad stabiliendam eorum gentem ad ipsam Scripturam sacram patroni istius currant, pro ingenii virumque nostrarum modulo breuiter & succinte demonstraturi. Ita uero negotium hoc omne informabimus, ut primum Pygmæos, integrum & peculiarem gentem constituentes, ex alterum opinione, adstruamus & affirmemus; deinde uero adstrub̄os, rationibus in contrarium allatis, destruamus & negemus; porro in Scripturam sacram speciem tenus istos inferamus, & tandem relegatis ex Scriptura S. Pygmasis, τῶν οὐρανοῖς notionem, semel tantum in ista occurrentem, commodius explicemus. Ne autem extra oleas uagemur, sed praescriptos intrancantellos nos detineamus, nostrum hunc ita dispergitri placet labore, ut quod uel unica Dissertatione praefixa intenderamus, per duas uel etiam tres, prout rei istius exiget necessitas, nos expediamus, id quod D. T. O. M. bene feliciteturque euenire jubeat!

\* \* \*

§. I.

Praecipuos igitur hujus de Pygmæis fabulae conditores, autores, & defensores sigillatim in medium producturi, primum omnium HOMERVM, celebrem illum Graecorum Poëtarum Phoenicem, prodire jubemus. Hic enim primus omnium, quantum quidem nobis constat, Pygmæorum fecit mentionem, unde etiam non immerito eorum quasi parens audit atque genitor. Suam namque orationem de Graecorum ad Troiam bello amplificatirus, Troianorumque tumultum exaggeratorius, grues cum Pygmæis beligerantes fabulose adduxit, Troianosque ipsius hisce uerbis assimilauit. a)

τέως μὲν ἡλαγγῆ τὸν πηγὴν ἵσαν ἔριθες ὁις,  
Ηὗτε περὶ ἡλαγγῆ γεράνων πέλει ὕρενόθι πρό<sup>τ</sup>  
κατ' ἐπὶ δὲ χειμῶνα Φύγον, καὶ ἀθέτοφατο ὄμβρουν,  
Κλαγγῆ ταίγε πέτονται επὶ οἰνοῖο ροέων  
Αὐδρασι Πυγμαιοῖ Φόνον καὶ κῆρα Θερισταί,  
Ηέρισα δὲ αἴρα ταίγε κακήν ἔριδα προφέονται.

Quae, presso breuiterque dicta, commentario lo quasi aliquo illustratiōe, calculoque suo confirmasse uidetur JVVENALIS, quando hanc reparauerat, ipsamque Pygmæorum staturam, ita describit. β)

Ad

a) Iliad. v. 2. seqq.

β) Satyrac XIII. v. 167.

Ad subitas Thracum nolueres nubemque sonorata  
Pygmacus paruis currit bellator in armis;  
Mox impar hosti, raptusque per aera, curuis  
Vnguibus a saeva fertur grue. Si uideas hoc  
Gentibus in nostris, risu quatire: sed illuc,  
Quamquam eadem assidue spectentur praelia, ridet  
Nemo, ubi tota cohors pede non est alior uno.

§. 2.

Post Poetas, qui cum pictoribus peculiare quoddam ius, & singula-  
larem prae ceteris licentiam, quilibet fingendi & audiendi, adhibitant, nunc  
etiam Philosopheros (Φιλόσοφος) & Historicos, quibus maior ceteroqui  
fides habenda, audiamus.

§. 3.

Ex his uero primum de jure concedimus locum αρχαιοτέρῳ illi  
Historico, CTESIAE, Cnidio, qui praeter multa alia de rebus etiam  
INDICIS scripsit, ex quibus PHOTIVS γ) haec de Pygmaeorum gen-  
te excerpta nobis reliquit: Εν μέσῃ τῇ Ινδίᾳ ἄνθρωποι εἰσὶ μέλανοι,  
καὶ καλύπταται Πυγμαῖοι, τοῖς ἀλλοις ὁμογλωσσοῖ Ινδοῖς. Μηδοὶ δὲ  
εἰσὶ λίαν. εἰ μαρτύρατοι ἀντῶν πυχέων δύο, οἱ δὲ πλεῖστοι ἐνὸς ηὔστεσσι  
πύχεως. ιόμην δὲ ἔχεσθαι μαρτύρατην, μέχρι ηὐτῆς τὰ γόνατα, καὶ  
ἔτι κατώτερον, καὶ πώγωνα μέγυνον πάνταν αὐθεάπτων. Επειδὲν δὲ  
τὸν πώγωνα μέγα Φύσωσιν, ξένια διφέννωτα εἰδὲν ιράτιον, εἴλατ  
τὰς τρίχας, τὰς μὲν ἐκ τῆς ὅπιδεν καθίσταται πολὺ κατώ τῶν γονά-  
των. ταὶς δὲ εἰ τῷ πώγωνῷ ἐμπροσθεν μέχρι ποδῶν ἐλκουμένας. Επει-  
τα περιπικασάμενοι τὰς τρίχας περὶ απαν τὸ σῶμα ἔννυνται, κρέω-  
μενοι ἀνταῖς ἀντὶ ιμάτιον. Αἰδοῖον δὲ μέγα ἔχεσθαι, ως φάνετ τῶν  
σφυρῶν ἀντῶν, καὶ παχύ. Λιτοὶ δὲ σημεῖα τε καὶ αὐρηροί. διηγό-  
τατοι δε εἰσι, καὶ νόμοισι χρῶνται, ὥσπερ καὶ οἱ Ινδοί. h. e. In me-  
dia India homines reperiuntur nigri, qui Pygmæi appellantur. Hi ea-  
dem, qua Indi reliqui, lingua utuntur, sed valde parui sunt, ut maximi  
duorum cubitorum, & plerique unius dumtaxat cubiti, altitudinem non  
excedant. Comam alunt longissimam, ad ipsa usque genua, demissam,  
cum barba longiore, quam apud ullos hominum. Quae quidem quin  
illis promissior esse coeperit, nulla deinceps ueste utuntur, sed capillos  
multo infra genua a tergo demissos, barbamque præter pedes ad pedes  
usque deflucentem, per totum corpus in orbem constipant & cingunt, at-  
que ita ipsis pili vestimenti loco sunt. Penem habent adeo crassum & lon-

2) In Bibliotheca n. LXXII, p. 146.

gum, ut ad ipsos pedum malleolos pertingat. Simii sunt & deformes: summi item justitiae cultores, iisdemque, quibus Indi reliqui, legibus parent.

§. 4

Succedit summus ARISTOTELES, *Philosophus nat' ξόνη, naturae filius, & miraculum* alioqui dictus. Et hic, quod mireris, *Homeri* aliorumque auctoritati tantum dedit, ut lepidae huic fabulae non solum serio subscripterit, sed aperte quoque eam defenderit. Postea enim quam in *Historia sua animalium* δ) de gruibus, ex Scythicis campis ad Nilipaludes migrantibus, locutus fuisse, libere tandem addit: "Εἴδε ὁ τόπος ἡτος, περὶ ὃν οἱ Πυγμαῖοι κατοικεῖσθαι. Et quum sciret, Pygmacos hosce a multis in dubium vocari, & pro fabulosis haberi, contradicere illis instituit, & hisce verbis fabulae hinc fidem conciliare stude: εἰ γάρ εἴσι τόποι μῆθαι, ἀλλά εἴσι ναταὶ τὴν αληθείαν, γένος πυργῶν μὲν, ὥσπερ λέγεται, ρηγῶν αὐτοὶ νοῦσοι ἔχουσι. Atque ut hacc assertio eo probabilior euadat, ipsas etiam eorum habitatunculas, quas in uisceribus terrae s. specubus, formicarum instar, εἰ habeant, describit, & a subeundis hisce cavernis τραύλοδύτας eos vocari assertι.

6. 5

Magno huic Philosopho magnum illum naturae Mystam C. PLI-  
NIVM subjungimus, qui multa pariter & uaria, omnia tamen ex aliorum  
relatione, de Pygmæis refert. Nimirum gentem eorum nunc in Thra-  
cia η) ponit, ibique a gruibus fugatos narrat: nunc uero in Caria 9) propter

8) L, VIII. c, XII.

<sup>a)</sup> Consentit Philostratus Icon. L. II. n. XXII. *De Hercule inter Pygmæos* p. 846.  
rec. edit.

rec. edit.

(2) His fortassis se associarunt, qui ex districtu metallifero Misnia expulsi cunctur, de quibus B. Lehmannus in seinem historischen Schauspiel c. II. p. 185. inter alia ita scribit: Es trägt sich der gemeine Mann mit einer Fabulosen tradition, als wenn vor alten Zeiten / ehe dieses Ober Erz/Gesbirge angebaut worden / auf dem Wald/Gebirge und dessen Gels/Löchern Zwerche gewohnet hatten / welche aber durch Aufrichtung der Pochwerke Eisen/Hämmer und Klippenwerks sollten senn verjagt worden. Denn sie hätten sich beklagt (sic pergit p. 190.) sie könnten das Pochen auf den Eisen/Hämmern nicht ertragen / sie wolten aber wieder kommen / wenn die Hämmer wieder abgingen. Et eodem capite p. 187. Mayeri Chronicum Quedlinburgense MSC. citat, in quo refertur, es wäre uns für den monition vor Quedlinburg noch ein so genanntes Zwerchlech verhanden / und sagte man / dass vor Zeiten die Zwerche denen Quedlinburgern viel Zinnewerk und dergleichen zum Hochzeiten gelichen hätten. Credamus, si fabula vera est.

Historiae Naturalis L. IV. c. XXI.

91 L. V. c. XXI.

propter amnem Thebaidem habitasse eos dicit: mox iterum ante Nili paludes i) eos collocat, & alio uicissim in loco inter Indiae gentes ii) eos refert. Et quando ex instituto λ) diuersa hominum monstra, quae integras in Asia gentes constituant, recenset, Αὐθρογόνες scilicet f. homines, qui alternis inter se uicibus coēant, gignant, atque pariant, quibus dextra mamma sit uirilis, muliebris sinistra: Δικέρες f. populos binas pupillas in oculis singulis, & alios iterum, in altero geminam pupillam, in altero uero oculo equi effigiem habentes: Κυνηγές Φάλας, f. homines, qui capita canina habeant, pro uoce latratum edant, atque ita mutuo sese intelligent: Ανακέ Φάλας f. homines, capite destitutos, oculosque in humeris gerentes: quando, inquam, hacc & multa alia monstrofa & fabulosa μ) hominum genera recenset, Spithameos tandem Pygmaeos addit, & ad Homerum prouocat, qui a gruibus eos infestari prodiderit. Fama est, sic pergit, insidentes arietum caprarumque dorsis tempore ueris uniuerso agmine armatos ad mare descendere, & oua pullosque earum alitum consumere; casas eorum luto pennisque & ouorum putaminibus construi, & sic porro.

§. 6.

Succedat PTOLEMAEVS, clarissimi nomini Geographus. Hic v) ultra Lappones, inquit, & mare congelatum uersus polum, in regione felicet inter Corum & Aquilonem, perpetua oppressa caligine Pygmaeos reperiri aliqui tradunt, qui, postquam ad summum adoleuerunt, nostraritis pueri denum annorum mensuram uix excedunt. Meticulosi ualde sunt,

A 3

tis

i) L. V. c. XXX.

ii) L. VI. c. XIX.

iii) L. VII. c. IX.

μ) pro fabulosis haec plinii gentes habent

Strabo Gengr. L. I. p. 43, L. II. p. 70, L. XV. p. 71.

Cassaubonus in not. ad. cit. Strab. loc. L. I. p. 43.

Rosellinus in Comm. ad Poem. Merc. Trism. T. V. C. XI. p. 173.

Weinrichius in tr. de monstrib. c. XX. p. 192.

Vestius in Disp. Select. T. p. 738.

Sperlingius in Instit. Physic. L. I. in expl. ad c. IX. p. 241.

Olearius in Not. ad Philostr. de vita Apollon. L. III. c. 47. p. 132, 133.

Pachius in tr. de uariis modis moralia tradendi c. II. p. 19, 210.

Wepferus in Oratione de puella sine cerebro nata, quam inuenies in Ephem.

Medico Physicis anni 1672. p. 216.

v) Geogr. P. II. in cap. de regno Sueciac p. m. 98.

et garritu sermonem exprimunt, adeo, ut ratione statuae & sensuum  
similis propinquiores sint, quam hominibus.

§. 7.

Huc calculum suum adjicit ALBERTVS, ab eruditione MAGNVS  
dictus, quando Pygmæos homines silvestres nominat ξ) qui aliquid  
saltem nostræ naturæ habeant in quadam deliberatione. Alio tamen  
loco o) omnem penitus rationis scintillam illis adimit, rotunde afferen-  
do, non homines eos esse, sed simiarum genus. Sed contradicere huic  
uidetur ROSSELIVS, qui affirmat, π) Pygmæos bonos esse Christianos,  
ubique tutos in *Africa*, quorum Rex procedat ad bellum contra aues,  
quas uocibus suis fugent.

§. 8.

Specialiora de Pygmæorum statua, eorumque uiuendi ratione,  
VVEINRICHIVS sippeditat, g) qui, ex peregrinantibus se didicisse, ait,  
Pygmæos breuitate admodum iniustata (quorum tamen mulieres paulo  
longiores ) sub legibus & Principe uiuere, tributa conserue, iussos ad  
mandata uenire, licet inter ipsos ius nullum; uictum ex uenatione fe-  
ratur quærere, bombardis & iaculis uti, mira celeritate persequi feras  
per altissimas arbores, saliendo ab una ad alteram, ut sciuri soleant, po-  
tum uero eorum ex urforum esse sanguine admista aqua.

§. 9.

De Pygmæorum generatione adfirmat IO. RAVISIVS TEXTOR,  
eorum mulieres liberos edere anno aetatis quinto, & senecte octauo.  
In quo ipsi ODERICVS τ) liberaliter admodum adstipulatur, hoc tan-  
tum addito, quod hi Pygmæi tres longitudine palmos non superent. Huc  
pertinere etiam arbitramur testimonium PIGAFETTAE, u) qui afferit, inter Mo-  
luccas insulam quandam reperi, cui nomen sit *Aruchetto*, in qua uiri  
ac mulieres fint cubitales, sed adeo expansis auriculis, ut altera extensi ia-  
ceant, altera tegantur.

§ 10. Pos.

ξ) in tr. de animal. L. I. c. III.

o) c. IV. et XXI.

π) in comm. ad Poem. Merc. Trist. T. V. C. XI. p. 175.

ρ) in tr. de monstrib. c. XXI. p. 201.

σ) in officina p. 445.

τ) de rebus JUDICIS L. I.

υ) apud Ramulium T. I.

S. 10.

Poſſerimus adhuc plures, <sup>Q)</sup> qui multa alia de hoc Pygmaeorum popello relata retulerunt, in medium adducere; sed quim & temporis & chartae fit habenda ratio, ad eos nunc properare praefat, qui hanc Pygmaeorum Gentem ipſis oculis uidisse ſe iactant. Ad hos enim IO-BVS LVDOLFVS <sup>X)</sup> strenuus Pygmaeorum defensor, confidenter ad modum prouocat, exiſtimans, penes ipsos firmiſimum quaerendum eſſe cauſae huius praefidium.

S. 11.

Omnino autem demiramus, non niſi duos a Ludolfo productos eſſe, qui, hunc Pygmaeorum popellum ſe uidiffe, teſtarentur. Putauit fortassis, niſi, quod ueremur, plures ipsum defecerunt, ad rem omnem conficiendam uel hosce duos ſufficere. Age igitur, audiamus eorum teſtimonia, quantum ualeant, ponderaturi.

S. 12.

NONNOSVS nimirum, Iuſtini Imperatoris ad Auxumitarum Regem legatus, alter eſt, qui eos uidiffe creditur, ex quo PHOTIVS, <sup>ψ)</sup> haec inter alia refert: 'Από τῆς Φαρσάν πλέοντι τῷ Νοννόσῳ, καὶ ἐπί τὴν εὐχαῖν τῶν νήσων κατηγορεῖ, τοῖον δὲ τι συνέβη, θάνατον καὶ αἰνθόμ. Ἐνέτυχε γάρ τοι; μωρόν μὲν καὶ ιδίαν ἔχοντι αὐθωρῆν, Εραχυτάτοις δὲ τὸ μέγεθός, καὶ μέλατος τὴν χρόαν, ὑπὸ δὲ τεργών δεδασμένοις διὰ παντὸς τῆς σώματος. Εἰποντο δὲ τοῖς αὐδράσι καὶ γυναικες παραπλήσια. καὶ παιδάρια ἔτι Εραχύτερα.

Aypov

Q) Cassanionem, Dapperum, Licetum, Schotrum, Nurembergum, Comimbricenses, Bartholinum &c. Poruissimum etiam Pygmaeos Paracelsi adducere, qui eos neque pro bestiis, neque pro hominibus, neque pro spiritibus simpliciter habendos contendit. Ejus n. verba in compendium redactata fluunt: Es seyn die Pygmaei oder Bergmännlein eigentlich zu reden keine Geister/weil sie Fleisch und Blut haben/und nach langem Leben endlich absterben, welches von keinem Geiste kan gesagt werden: Sie find aber beßwegen auch keine rechte Menschen/weil sie keine Menschliche Seele haben/sie welche Christus gestorben wäre; dem aber ohngeacht / find sie doch rechte wesenfliche Leute/ die unter der Erden wohnen/guten Verstand haben/an Kunſt aber und Wissenschaft uns weit überlegen seyn/ welche in den ersten Zeiten der Natur oft sind für Gott gehalten worden &c. Sed studio haec omisimus, quam peculiarem disquisitionem mereri videantur. Conf. rr. de occulta Philosophia: de meteoriſis: et Libr. philosoph. de Nymphais, Pygmaeis &c.

X) in Comm. ad Historiam suam Aethiop., l. I. N. XXII. p. 69. ſequ.

ψ) In Bibliotheca N. III. p. 6.

"Αγριον δὲ οὐδὲν ἐπεδείκνυτο, οὐδὲν αὐτόμερον. ἀλλὰ καὶ Φωνὴν εἶχον  
μέν αὐτούς πάντας τὴν διάλεκτον, τοῖς δὲ πε-  
ρίσσους αἴσταις, καὶ πολλῷ πλέον τοῖς περὶ τὸν Νόννον. Διεῖχον δὲ  
ἐκ Θαλασσῶν οἱρέαν, καὶ ιχθύων τῶν σπέστης θαλασσῶν εἰς τὴν  
υῆσσον αἰτορρίπτομένων. Θάρσος δὲ εἰχον οὐδέν. ἀλλὰ καὶ ορέωντες  
ταῦτα πάσιν αὐθρώποις, υπεπτησαν, ὥσπερ ἡμεῖς τα μείζω τῶν  
Θηρίων. h. e. Nauiganti a Pharsa Nonnoſo, &c ad extremam usque  
Insularum delato, tale quid occurrit, uel ipſo auditu admirandum. In-  
cidit enim in quosdam forma quidem & figura humana praeditos, sed  
statura breuisimos, & cutenigros, totoque corpore pilosos. Seque-  
bantur viros aequales seminae, & pueri adhuc breuiores. Agreste ni-  
hil, neque efferrum quid, prae se cerebant. Quin & uox illis humana, sed  
omnibus etiam accolis proſus ignota lingua, multoque amplius Non-  
noſi locii. Vиunt marinis Ostreis & pīcībus e mari ad insulam pro-  
iectis. Audaceſ minime ſunt. Noſtris enim conſpectis hominibus,  
quemadmodum nos uifa ingenti fera, metu perculsi maximo, aufuge-  
unt.

§. 13.

Alter uero, qui de ſuo iſuſi uiuſi teſtaturuſ, ſuoque teſtimonio  
Pygmacos deſenſurus producitur, THEVENOTIVS eft, celebreſ ille Bi-  
bliothecae Regiae in Gallia Praefectus. Hic, inquit Ludolfus, uidit  
Pygmacos apud Legatum Regis Habesinorum inter dona ad Turcarum  
Imperatorem miffa, quando de ipſo inter alia ita ſcribit: «) Il menoit en-  
core plusieurs poiriers et lauoirs noirs de Nubie & autres confins d'Ethiopie,  
qui ſeruent pour garder les femmes dans le Serail, apres qu' on les a chaf-  
feez. h.c. ducebat ſecum (Legatus ille Habesinorum Regis) multos alios  
paruoſ ſeruos nigros, ex Nubia et uiciniſ Aethiopiae regionibus, qui ca-  
ſtrati cuſtodiunt pellices Gynaeccae Regii.

§. 14.

Atque hi ſunt teſtes illi αὐτόπται, quorum teſtimoniis, omni-  
quod putat, exceptione majoribus, ſe inictum penitus & coactum fate-  
tur Ludolfus, ut non poſit non cum ipſis peculiarem Pygmacorum gen-  
tem in Africæ meditullio ſtatueret, tamque, iure quidem et merito,  
defendere.

§. 15. Ve-

«) In Itinerario ſuo orientali, gallice edito, ſub tit: Relation d'un Voyage cu-  
rieux, fait au Levant, Paris, 1665.

### §. 15.

Verum enim vero, si dicendum, quod res est, hi ipsi, ut infra demonstrabimus, in stabilendo hoc Pygmaeorum populo uix maiorem mereri uidetur fidem, quam omnes, quos antea fuse recensuimus. Et hinc profecto tantum abest, ut speciosis hisce & ambiguis lubricisque testimoniis tam creduli adstipulemur, ut potius ingenue fateamur, nos talem Pygmaeorum gentem pro antiqua & monstrofa fabula habere, quae non solum auctoritate, si hiceret, Scriptorum illustrium, sed firmioribus etiam argumentis nullo negotio & oppugnari & expugnari posfit.

### §. 16.

Si nimirum auctoritate dimicandum est, uel sexcentos uiros celi-  
berrimos iis, qui Pygmaeorum gentem statuminant, opponere posse-  
mus. Ut enim a STRABONE, *summo illo Geographorum Magistro*,  
exordiamur, omnes, quotquot huius scripta a limine saltem salutarunt  
& fugitivo usurparunt oculo, sponte fatebuntur, quod decantatam  
iste hanc Pygmaeorum gentem pro pura puta fabula habeat, eosdemque  
rideat, qui lepidam illam fabellam restaurare & renouare non dubitarunt.  
Quando enim in eo est, ut demonstret, quam strenue plurimi *rerum  
Indicarum scriptores* saepius mentiantur, *Deimachum* praecipue &  
*Megasthenem* atro lapillo notat, cauteque eos, multas ab fabulas, legen-  
dos esse existimat. Sic enim: *Διαφερόντως, inquit a) απιστὴν ἀξιον Δημάχῳ τε τῇ Μεγαθένει. Στοι γάρ είσων, οἱ ἐνεκάμνοσαν τὴν ὄμηρον τῶν πυγμάων γεγανομετρίαν, τρισπιθάμιοι εἰπόντες. Οὐρά δὲ, σικαλίο  
loco b) εἴη ἡ τις απίσταστο ἀγνοια, Πυγμαῖοι μιθέουστος. Θύες  
ἀγνοιας, ἀλλ' ἥδονῆς καὶ τέρψεως χάρεν τάυτα πλάττει.* Et alio  
iterum loco c) expresse dicit, quod Pygmachos ἑωρανὸς εδεις ἐξηγεῖται  
τῶν πίσεως δέξιων ἀνδρῶν.

### §. 17.

Cum Strabone sentit *Julius Caesar SCALIGER* d) quando su-  
per citata *Ariostotelis* uerba ita inter alia commentatur: Haec omnia de  
Pygmaceis antiquorum sunt figmenta & merae nugae. Si exstant,  
reperiuntur. At quum totus nunc fero orbis cognitus nobis sit,  
nullibi haec naturae excrements reperiiri certum exploratumque est.  
Consentit doctissimus HARDVINVS, qui rotunde aferit, e) integras

B

Pygmaeo-

a) *Geograph. L. II. p. 70.*

b) *L. I. p. 41.*

c) *L. XVII. p. 821.*

d) in *Comm. ad Arist. Hist. Anim. I. c. p. 419.*

e) in notis eruditissimis ad *Plin. L. VI. sect. XXII. 2.*

Pygmaeorum gentes dari, tam falsum esse, quam quod falsissimum. Et hoc quidem est, quod unanimiter statuunt CARDANVS f) CASAV-  
BONVS, g) CELLARIVSH) CLERICVS, i) DELRIO , k) KIRCHE-  
RVS, l) MORHOFIVS, m) SCHEFERVS , n) SPERLINGIVS, o) SPI-  
GELIVS p) THEVPOLVS q) VOSSIUS, r) alii.

§. 18.

Ne uero, ut supra diximus, nuda auctoritate Pygmaeos negasse  
uideamur, rationes etiam & argumenta in medium producamus, quibus,  
junctim consideratis, moti adductique suimus, ut negantium choro nos  
ad sociemus, Pygmaeosque pro fabulosis habeamus.

§. 19.

Ratio I. *Quia primus Pygmaeorum auctor Poeta fabulosus est,*  
*Homerus.*

Hisce equidem cum Eratosthene, & Zoilo, oratore, non adfirmaverimus, Homerum purum putum nugatorem esse. Absit hoc a nobis  
& procul ab sit, de tanto uiro tam temerarie tamque impudenter pronunciare! Neque tamen simpliciter negauerimus, Poëtam nostrum, dele-  
Etare cupientem, nonnulla interdum ex licentia poëtica omnino finxit.  
se s) ueritatemque fabularum dulcedine temperasse, quae ad normam  
historicam exigenda non sunt. Et ad haec Pygmaeos etiam referre nuli  
sane dubitamus, idque non sine rationibus, quae partim in subsequentibus  
latent, partim in confictu publico percontanti libenter a nobis de-  
promentur.

§. 20.

Ratio II. *Quia non heri demum aut nudius tertius, sed iam ante*  
*Epocham Christianam & subsequentibus subinde temporibus Pygmaeo-  
rum historia pro fabula habita fuit & derisa.*

renti-

- f) de rerum uarietate L. VIII. c. XL.  
g) in notis ad Strabon. Geograph. L. II. p. 70.  
h) in Geographia antiqua L. IV. c. VIII. p. 246.  
i) in Quæstion. Acad. Quæst. VII.  
k) in Senec. Trag. et Diſqu. Magicis. L. II. qu. 15. p. 164.  
l) in mundo subterr. L. VIII. feſt. IV. c. IV.  
m) in Polyhist. T. II. L. II. p. II. c. II. §. 5. p. 299.  
n) in Epifolio ad Bartholinum.  
o) in infinit. Physic L. 1. Qu. VI. p. 257.  
p) de hum. corp. fabr. L. 1. c. VII.  
q) Contempl. Acad. L VI. p. 224.  
r) in Melam p. 293.  
s) Conf. L. idolphum Kusterum in Historia Critica Homeri, p. 70.

Scimus, tantam antiquorum fuisse credulitatem, ut si quid a parentibus acceperint, quod uel ullo modo probabile fuerit, protinus id memorias tradiderint.) Si ergo Pygmaeorum historia (licet ita fabulam illam appellare) uel imaginem & speciem ueri habuit, cur, quaefo, creduli antiqui increduli fuerunt? cur historiolam illam obliuioni dedecruerunt, ut *Deimachus & Megathenes* opus habuerunt, eam, iam obsoletam, ex orco reuocare & in lucem producere? Cur productam & renouatam posteri denuo deriserunt, ut Aristoteles coactus fuerit, apolo<sup>gi</sup>am pro ea scribere eamque defendere? cur defensam iterum repudiarunt? Quia falsa, incredibilis, fabulosa! Ex haec tenus uero disputatis insimul uidere est, spisse eos errare, qui perhibent, tum denum in dubium uocatos esse Pygmaeos, quem *Pomponius Mela* proditum reliquisset, Pygmaeos in *Arabia interiore* contra grues dimicando defecisse.

§. 21.

Ratio III. *Quia inter ipsos Pygmaeorum defensores nulla plena est concordia.*

In historia sane non ultimum ueritatis κειτήριον est τῶν πολλῶν συμφωνία, ut ex *Thucydide Marcellinus*, u)<sup>1</sup> et ex *Marcellino Gerardus Jo. Vossius* x) docent. Si uero, quos recensuimus supra, inter se conferamus, deprehendemus, tantopere ipsos sibi inuicem non in circumstantiis solum, et accidentalibus, sed substantialibus etiam, contradicere, ut partim difficile, partim autem impossibile sit, eos conciliare. Mox enim Pygmaeos homines, mox uero bruta s. simiarum genus: nunc semicubitales, nunc cubitales: mulieribus iam longiores, iam breuiores, modo formosos, modo deformes: mox hirsutos, mox glabros: nunc fortes & audaces, nunc timidos & meticulosos: iam bonos Christianos, iam irreligiosos: iam sub Rege uiuentes, iam uero sine Rege, sine lege, ad bestiarum instar palantes, eos asserunt. Hic in *Europa*, ille in *Asia*, & iste in *Africa* eos ponit: alter speciatim in *Thracia*, alter uero in *Grænlandia*: hic in *Caria*, alter in *Arabia*, tertius in *India*, & alius alibi quaerendos eos contendit: Hic in uisceribus terræ s. specubus, iste uero in exstructis super terram casis habitare eos tradit: Nunc cum *perdicibus*, nunc cum *grubibus*, nunc uero cum *candoris*; & iam denuo cum *urpsi*, iam uero cum *elephantis* eos belligerare dicunt. Quae sane (ut plura alia taceamus,

B 2

que

t) id cum L. Aelio Tuberone L. Iapud Nonium Gerardus Jo. Vossius docet x)

Arte Histor. p. 50.

u) in uita Thucydidis.

x) in Arte Historica p. 46.

quae propter plagellarum angustiam addere non licet) satis superque demonstrant, auctores hosce mendaciorum non esse memores, sed parumper explorata, atque ἐξ ἀνον̄ ex nimia securitate, & anili credulitate, scriptis consignasse. Id quod in illis omnino reprehendendum, licet ex metu, ne manifeste teneantur, solempne suum *aiunt, fertur, fama est*, semper addant.

S. 22.

Ratio IV. *Quia Pygmaeorum γερανομαχία & οπιομαχία, atque alia huius farinae, fabulosa prorsus sunt nullaque fide digna.*

Qui in causas ridiculac huius γερανομαχίας penetralie existimant, hunc in modum de ipsis arguntantur: Fuit, *inquit*, proprium olim & peculiare regnum Pygmaeorum gentis, & quum masculum genus regium aliquando defecisset, praeclera quaedam femina, cui nomen *Oenoës*, y) ipsis imperitauit. Quae uero, quum a Pygmaeis, ciuibus, diuinis prope honoribus afficeretur, animo inflata ipsos etiam Deos contemnebat, nominatim uero *Junonem, Mineruam, Dianam & Venerem* a suac formae praestantia procul abesse dictitabat. At hunc suae jauchitiae morbum non impune tulit. Nam a *Junone* irata ex homine in auem conuersa est, quac nunc γέρανος i.e. grus vocatur. Hinc ipsa Pygmaeis admodum infesta, propterea quod illi immodicis honoribus ei delatis ad hanc insaniam & exitium eam adegerint. Perpetuum ergo bellum cum ipsa ipsiusque progenie gerere coacti sunt Pygmaei. z) Et sane inter ipsos Pygmaeorum defensores non defunt, quibus ridicula haec γερανομαχία suspecta sit & μυθοδεσμός creditur, quandoquidem certum exploratumq; esse audiunt, nullas prorsus per totam *Africam*: (haec enim mundi pars certissima tandem Pygmaeorum sedes constituitur) inueniendas esse grues, quibuscum Pygmaei bellum gerere necesse habent. Ut tamen huic fabulæ aliqua ex parte confusat *Ludofus* aa) pro grubis assertit intelligentias esse condoras, aues in interiori Africa tantæ magnitudinis, ut fidem paene excedat. Dehis enim *Theuenotium* bb) referre dicit, quod una earum alitum penna, mediocris saltem, longitudine XXVIII. latitudine III. palmorum, calamus autem a radice usque ad extremitatem

y) de hoc nomine ali silent, *Gennamque ipsam primum statim vocatam fuisse assertunt.*

z) Conf. *Boens* in tr. de generatione animalium.

*Aelianus* in tr. de animali. L. XV. cap. 29.

aa) l. c. p. 73. et p. 64.

bb) in *animaluerisq; f. Remarques sur les relations d'Ethiopie des P. Lobo et Tellez.* p. 4.

tem longitudine V. palmorum sit, densitatis instar brachii moderati, cuius  
sub umbra decem & plures simul sedentes ab infesto calore, uelpis &  
muscis defendantur, ex cuius adeo pennae proportione ad magnitudi-  
nem ipsius corporis facilis sit argumentatio: unde etiam ex *Vnca Garcil-*  
*Iasso de la Vega cc*) addit, quod duea huiusmodi aues uaccam uel tau-  
rum adoriantur, breuique tempore deuorent. Cum his igitur auibus,  
defendendo pecora sua, Pygmaei forsitan pugnandum esse, existimat.  
Sed judicet B. L. de acuta scilicet, & arguta hac *Ludolfi* conjectura, an  
uel umbram ueri habeat? Iudicet, an non ille, hoc ipsum effingendo, cau-  
sam desperatam prodat, eamque magis magisque suspectam reddat.  
Atque sic ex pari fabularum fonte fluere existimamus Pygmaeorum  
bellum, quod contra *elephantes*, contra *ursos*, & quae sunt alia huius  
generis animalia, gerere dicuntur, praesertim quum addant, ipsos ab  
arbore ad arborem saliendo, ut sciuri solent, ea persequi, & facillimo se-  
licifissimoque negotio sagittis conficer. Sane, res ipsa loquitur, ad ληγες  
alia esse referenda.

§. 23.

Ratio V. *Quia, quae de eorum generatione & propagatione*  
*dicuntur, absurdæ, falsa, ànica.*

Supra iam dum commemorauimus, nonnullos dari, qui affirment,  
Pygmaeorum mulieres iam anno actatis quinto parere, & subsequen-  
te statim octavo senescere. Quam uero inepta sit haec ex cerebro, sabu-  
lis praegnante, progenita sententia, non est, quod multis demonstre-  
mus, praesertim, quum eruditissimum *Cardanum* solidis id argumentis  
iam dudum fecisse sciamus, ad quem B. L. remittimus. dd) Id saltem hic  
loci in controverson adducimus, an credibile sit, tales homunculos, quos  
nanos & pumilioes uocamus, *quales* (ut cum *Cellario* immutatum  
*Juuenalis* uerum retincamus) producit, *quoties uoluit natura jocari*,  
progeniem aut propaginem habere posse, ut gentem efficiant? Negant il-  
lud Physici tantum non omnes, rationibus quidem non solum adducti,  
sed confirmatiæ experientia, quæ testatur, pumilioes pumilos alios non  
gignere, sed steriles plerumque esse. Notum enim est, *Catharinam, Joachi-*  
*mi Friderici, Eleonoris Brandenburgici*, uxorem huiusmodi fusioni, us  
adeo delectata fuisse, ut studiose undique eos conquerierit, & integrum  
ferme illorum contubernium aluerit. Nuptias quoque inter illos con-

B 3 cilia-

cc) auctore Hispanico in Historia, quam vocat *Commentarios reales de los yncas*  
*Reyes que fueron de Perù.*

dd) de verum uarietate L. VIII. c. XL. p. 525, 526. seq.

ciliauit, spe inde suscipienda proliſ, ſed ſterili ſemper euentu. Quod idem  
fecille Catharinam de Medicis, Galliac Reginam, P. Mexias ee) refert,  
quando illam ſua memoria tria homulorum talium paria studioſe fo-  
uile, conjugiisque legitimiſ copulaſſe, ait, ſed non feliciorē euentu. Ni-  
hil enim ex iis fuſſe genitum, addit. Unde colligere omnino, ſi non apo-  
diſtice, probabilitate tamen, licet, naturam prouidam huiusmodi contor-  
tiſ homunculiſ generandi facultatem non conceſſiſſe. Id quod etiam  
tantum abeft, utiſe Ludolfus iſtitias ire audeat, ut potius ambabus id  
manibus concedat, et Doctores Talmudicos fugillet, quod nanorum ma-  
trimonia ea de cauſſe prohibuerint, ne ex iis digitaleſ naſcerentur. Ita enim  
praeſcipliunt in Bechor: ff) **גַּנְס לֹא נָנָשֶׁה שָׁמֶת שָׁמֶן יְצֵא מִחְםָ אַכְבָּשׁ**  
h. e. *Nanus ne ducat nanam, ne oriatur ex iis digitalis.* Si ergo, pro-  
pter contorta uifcera, & alias cauſas, ſteriles ſunt nani & pumilioes, quo-  
modo, quaefo, Pygmaei genus ſuum propagarunt? Numne ex terra,  
tamquam *αυτόχθονες* (wie die Schwaemme und Pfifferlinge) prodie-  
runt? gg) An uero ad inſtar eorum, quorum *Lucianus* hh) mentionem  
facit, ſati & plantati in arboribus progerminarunt? Aut forte eo modo ge-  
neratiſ ſunt, quem *Paracelſus* ii) impie praefiſcript? Sic tandem illiſ fabu-  
landum erit, ſi gentem & nationem Pygmaeorum ulterius defendere non  
deſiſtent.

### §. 24.

Ratio VI. *Quia uniueroſo nunc orbe nobis cognito, nullibi haec  
naturae ludibria reperiuntur.*

Haec ultima & praecipua eſt ratio, qua gentem Pygmaeorum ne-  
gari, noſtramque ſententiam, tamquam *Achillis* clypeo, defendi poſſe,  
conſidimus. Si enim tale (uerbis ut amur *Kircheri* kk) homunculorum  
genus

ee) Variarum lection. L. V. T. III. c. VI.

ff) Fol. 43. 2.

gg) *Talia fabulandi occaſionem fortassis praeberent Philoſtratus Jcon. L. II c. XXI.*

*XXII. et multi alii, qui afferre uidentur, Pygmaeos e terra eſſe genitos.*

*Conf. L.C.Rhodigini Lect. antiqu. L. XX. c. XXIX.*

hh) *Weinrichius de monſtris c. XXI. p. 217. Lucianum nugaffe dicit, genus quod-  
dam hominum dari, qui arborei diſti hoc modo generarentur: Telticulus  
hominis praeſcipluſ in terram plantantium modo defodetur, quo facto  
arbor carne exoriretur ualde magna, quaeramos, frondes et fructus ha-  
beret cubitales glandes. Ubi ergo eae maturaſ fuerint, decerpſae cu-  
rentur, atque in homines effingerentur.*

ii) *De impia Paracelſi methodo, qua docere uoluit, natura et arte extra mulie-  
brem uterum generari poſſe homunculos, uide ſis Weinrichium l. c. p. 216.*

kk) *in mundo ſubterr. L. VIII. Sect. IV. c. 4.*

genus esset, curiosissimos profecto *Baranos*, non lateret, qui iam a multis  
annis nihil fere aliud agunt, quam ut non solum abstrusissimos *septen-*  
*trionis*, sed *torius terrarum orbis* angulos studiose lustrare & explo-  
rare non desinant, nihil tamen de huiusmodi Pygmaeorum natione com-  
pererunt. Similem rationem, quod scilicet Pygmaeorum gens a nullo  
*azōnīcō* usia atque detecta fuerit, praeter *Strabonem*, *Cardanum*, *Theopou-*  
*lum*, *Cellarium* & multos alios *Spigelius* etiam urget. Ego, inquit, II)  
quo minus Pygmaeos statuam, tum auctoritate primum doctissimi Stra-  
bonis coactus sum, tum potissimum nunc moueo, quod nostro tem-  
pore, quo nulla mundi pars est, quam nautarum industria non perlustra-  
uit, nihil tamen umquam huiusmodi usum est & auditum. Accedit,  
quod FRANCISCVS ALVARVS, *Regis Lusitaniae ad Habessinorum Re-*  
*gem legatus*, qui ea ipsa loca, circa quae *Ariosteles* Pygmaeos esse scribit,  
peragauit, studiosissimeq; perlustrauit, nullibi tamen tam parvam gentem  
a le conspectam tradidit. Ethuc pertinere etiam arbitramur *Geographos*  
& *itinerariorum Scriptores*, qui eo praecipue fine orbem lustrarunt,  
ut exterarum terrarum mirabilia notatique digna explorarent, explora-  
ta uero darent memoriae. At enim uero, uel sexcentos adferre possemus,  
qui Pygmaeorum, uspiam terrarum uisorum, ne uerbulo mentionem injici-  
ant. Quid dicamus de GREGORIO HABESSINO, in *Aethiopia* na-  
to, educato, & exinde in *Germaniam* delato, qui Ludolfum notitia re-  
gionum Indicarum & aliarum adjacentium prouinciarum fideliter, ut ipse  
fatetur, instruxit, earumque situm, statum, *incolas* & omnia notatu digna,  
accurate descripsit & exposuit, nullum tamen pro Pygmaceis testimonium  
ipsi dedit, quod contradicentibus, ut certissimum, opponere, eoque Py-  
gmaeorum populum defendere, suamque sententiam stabilire potuerit.  
Sane putauerimus, Pygmaeorum gentem ad mirabilia, notatique digna,  
omnino referendum esse. De qua uero quin praeter tot tantosque *ii-*  
*terariorum Scriptores* ipse etiam *Gregorius Habessinus* altum tenerit  
silentium, a silentio hoc ad negationem rei ualere consequentiam, non dif-  
itemur.

§. 25.

Hinc uero, *Benevolè Lector*, odorari facile poteris, de testibus illis,  
ad quos prouocatur, *avtòrraçç*, quid sentiendum. Namrum notum  
est, iam pridem male audiuisse peregrinantes, et qui ex militia redeunt,  
quod strenue plerumque mentiantur, atque, ut araneae casas e proprio  
corpo nectant, sic et illi mira diraque naturae opera suopte saepius  
ingenio singant, et ex quauis musca facere soleant elephantum. Immo,  
ne multa de militibus gloriois et pereginantibus magniloquis dicamus,

notum

II) in tr. de humani corporis fabr. L. 1. c. 7. Conf. B. Sperlingum in Institut  
Philol. p. 160.

notum etiam est, tam fluxam esse historicorum bonas notae fidem, ut  
uix ac ne uix quidem inueniatur, qui, quantum ad historiam pertinet, non  
aliquid sit mentitus, mm ) aut, si forte a mentiendi fallendique libidine  
liber fuerit, incerta traditione et ignorantia, falsa et fabulosa non immi-  
scuerit. Ecce uero *Nonnosum* ab hac regula excipere, omniaque eius,  
tamquam ex *Apollinis tripode* dicta, pro certis, ueris et exploratis assu-  
mere debeamus, cauillam equidem dispicere non possumus. Credamus  
potius *Phatio* et *Andr. Schotto*, assertibus, *Nonnosum* *Cteſiam* imi-  
tando, multaque ab ipso mutuando, plurima παραδοξα et μυθων γενε-  
διαλλαξισα narrare. Et sane nil obstat, quo minus hanc ipsam de Py-  
gmaeorum gente relationem ad eadem referamus. Si enim eam per-  
functorie faltem examinemus, deprehendimus, quod, si quid uiderit  
*Nonnosus*, nihil aliud uiderit, quam genus illud simiarum, de quibus  
*Philostratus*, et ex *Philostrato Phorini*, expressis uestibus assertur, quod  
μέλανες, quod λάστοι, quod μικροὶ αὐθρώποι τοιοι. Sic etiam in  
simias optime quadrant, quae *Nonnosus* de garrula lingua, de uictu, et  
magno eorum metu, edisserunt, et quae alii de Ορνιθουραχα, de statu-  
ra, de generatione, habitatiunculis eorum, et sic porro, recensent.

§ 26.

**Ad Theuenotii uero testimonium quod attinet, mirari satis non pos-  
sumus, quomodo in mentem Cl. Ludolfo uenerit, ex Theuenotii uestibus Py-  
gmaeorum existentiam demonstare. Sane, ipse Ludolfus, si adhuc in  
uiuis esset, digitis sine dubio monstratus esset illum, qui ex Tauernieri  
uestibus ita sonantibus: nn ) Als ich zu Sorate war, kam alldorten ein Ab-  
gesandter von dem Abissiner-König an - und zwigete uns die verehun-  
gen, welche Er dem Groff-Mogol im Nahmen seines Königes überbrin-  
gen solte. Es befunden solche in 14. schönen Pferden und einer Men-  
ger junger Leib-Eigenen &c. extorquere uelit, Tauerniero sermonem esse  
de Pygmaeis. Et tamen ipse pari ratione per petris esclaves putat intel-  
ligendos esse Pygmaeos. Rectius omnino uir cetera doctissimus The-  
uenotium intellexisset, si ex laudato Tauerniero oo) notum ipsi fuisset,  
in asiacis et africanis terris tantum cum Eunuchis fieri quaestum, ut  
parentes ipsos etiam tenerae actatis filios uendere soleant mercatoribus,  
qui deinceps castrando eos curent, et castratos Constaninopolim du-  
cant. Valeat ergo nobis Ludolfus cum testibus suis αὐθόντας: ualeant  
omnes Pygmaeorum defensores, et fortiora proferant argumenta, si in  
partescorum abiecti et peculiarem Pygmaeorum gentē statuere debeamus!  
mm) Conf. Flauium Vopiscum in *Aureliano suo*. Francisc. Pic. Mirandulanum  
in examine doctrinae gentium L. II. c. XXXVI, Ludouicum Vives L. VI. de  
corruptarum artium caussis. Gerard. Jo. Voßium in arte hisp. c. IX. p. 50. ss.  
nn) In seiner Reise-Beschreibung in Indien P. II. p. 150.  
oo) In der Beschreibung des Serrals des Gros-Türken p. 5.**

VIRI SVMMI,  
PATRONI MAXIMI,

**A**cciditissimam hanc emendatae religionis fedem, aliamque omnium disciplinarum artiumque ingenuarum nurricem, contuli, & VESTRAS uirtutes, quas dudum ante fama mihi commendarat, proprius nosse & admirari coepi, tam alte BERGERIANVM NOMEN in animo meo infixum est, ut eius memoriam, non, nisi cum anima, deponere aut possem, aut uellem. Ea enim uirtutum est ratio, ut claritate sua elegantiae cunctos ad suum morem, tacita quadam commendatione, inuitent, omniumque in se animos mirifice rapiant. Cum & VESTRARVM igitur uirtutum splendor cunctorum oculos & mentes iam pridem fascinauerit, non mirabimiri, credo, me etiam illas usque adeo obseruare iuxta & adamare, ut, cum a DEO discesserim, in nullius rei, quam BERGERIANI NOMINIS cogitatione suauius conquiescam, neque etiam quicquam, quam hoc, inter homines, reuerear sanctius suspiciamque. Quo autem aliis etiam obseruantia erga VOS mea paullo testior esset, ipse sane mihi imperare non potui, quin qualemque hanc dissertationem sacram VOBIS esse uelim. Liceat quidem eam uix dignam, si aut ex sua, aut ex VESTRA dignitate spectetur, iudicem, quae a VOBIS, tantis Viris, inspiciatur legaturque; nihilominus tamen spes est, illam, hoc potissimum nomine, non ingratam plane futuram,

ram, quod ab homine, VESTRVM Obseruantissimo, profi-  
ciscatur, qui ne in Vos, tantos literarum, earumque ama-  
torum, Patronos, pietatem suam declarandi occasionem amittet,  
has, quas cernitis, paginas VOBIS offerre uoluit,  
debuit. Accipiatis igitur hocce pietatis, nescio quod, te-  
stimonium, & qua admirabili estis humanitate, & inusitata,  
erga quosvis, benignitate, pium rectumque animum, non  
muneris leuidensis pretium, agnoscatis, summopere rogo.  
Quod reliquum est, Deum immortalem precor, ut VOS,  
magnas illas, quas tenetis in Republica partes, non solum  
in huius Academiae, uerum etiam totius, qua ingenii fa-  
uet, orbis emolumentum ad feros usque annos implere, be-  
nignissime iubeat. Hac ratione fiet, ut, sicut Lutetia Pa-  
riiorum olim Valesiis Puteanisque fratribus sese efferre in-  
signiter coepit: ita & Vitemberga nostra BERGERIS, tribus  
amplissimis Fratribus, iisdemque Patribus conscriptis, glo-  
riari quam diutissime poscit. Fiet etiam, ut Vestro in pri-  
mis patrocinio egentes, in quibus & me numeretis uelim,  
habeant, quibus res fortunamque suam commendent, mi-  
rumque in modum iecireo mecum perpetuo laetentur!

## BERGERIANI NO- MINIS

Obseruantissimus cultor  
& admirator

M. IO. GODOFR. FISCHERVS.

Ung. VI 17




56

1028  
1017 Z



B.I.G.

Black



43  
55) 47.  
DISSERTATIO HISTORICO-PHILOLOGICA  
Prior

DE  
SVBLESTA  
TAV

לְגִמְעָן  
Per  
**P Y G M A E O S**  
INTERPRETATIONE  
ductu Ezech. XXVII. II

Quam  
AVSPICIO RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI  
SERENISSIMI PRINCIPIS REGI  
FRIDERICI AVGVSTI

PRAESIDE

M. GEORG. ALB. ANTHINGIO

Meininga-Hennebergico  
Pridie Kalend. Iunii

A. R. S.

80 Iccc x

In Auditorio Philosophico  
Publice defendet

M. Io. GODOFREDVS FISCHERV,

Radicenf. Saxo

VITI EMBERGAE

Typis MARTINI SCHVLZII Acad. Typogr.

